

edicta die 5. mensis Iunij. anni 1563. expresse fuit indulatum, quæ in quaterno legum de la Mesta, invenitur, & ejus litera in membra, seu ad partes secta, sic se habet: Sepades, que Pedro de Carvajal en nombre del honrado Concejo de la Mesta de los nuestros Reynos, y hermanos del, nos hizo relacion por su peticion, diciendo, que al tiempo que los pastores de los dichos sus partes, yran con los ganados a los Estremos, y sierras do estavan en ellos herbajando, recibian grandes molestias, y vejaciones, assi de vos las dichas justicias, como de vuestros alguaziles, y guardas del campo, y Cavalleros que llaman de sierra, y de otras personas, donde herbajan con los dichos sus ganados, en esta manera: Que si allan algun arbol, o ramas cortadas de algunos montes, donde estavan los dichos ganados paciendo, o que estan cercanos, o hecho otro daño alguno en ellos, aunque no conseje por informacion bastante, que lo ayan hecho los dichos sus partes, pastores, ni criados, salvo por cercania; diciendo, que los atos de los ganados, y pastores que se hallan mas cerca de donde se hallan los tales arboles, y ramas cortadas, o hecho otro daño en ellas, lo han de pagar, &c. & paulo inferiorius, ibi: Lo qual visto por los del nuestro Consejo, fue acordado, que deviamos mandar dar esta nuestra carta para vos en la dicha razon, y nos tuvimos por bien. Por la qual vos mandamos, que de aqui adelante, quando condenaredes en algunas penas a los hermanos del dicho Concejo de la Mesta, e a sus pastores, y criados, por la corta, y daño de los dichos montes, bagays la dicha condenacion a la persona, o personas que vos constare que hizo la corta, y daño, o lo mando hazer, y no de otra manera alguna. Y mandamos a vos las dichas justicias, que assi lo bagays guardar, y cumplir, y contra el tenor y forma dello no vays ni passey, ni confintays yr, ni passar en tiempo alguno ni por alguna manera: y los unos, ni los otros no fagades, ni fagar ende al.

CAPUT XV.

De virtute, & executione sententia condemnationis in alieno pasturagio facti; & de iudicio estimatorum hujus damni, quos vulgo Apreciadores vocamus.

SUMMARIUM.

- 1 Damni traditur diffinitio, & essentia.
- 2 Damni traditur in proposito duplex differentia, & species.
- 3 Damnum, quod afficit fundum, vel agrum, resipicit dominum: quod vero afficit fructus, ad commoditatem, & usum spectat.
- 4 Damnum utriusque speciei, potest concurre, & considerari in pascuo.
- 5 In executione sententia condemnationis damni, duos casus occurtere solent: & primus, quando in sententia, damni praestiti mentio expressa, seu condamatio non sit.
- 6 Sententia, in qua precipitur, quod quis agrum, vel pascuum restituat, vel in pristinam qualitatem reducat; an saltem virtualiter damni satisfactio- nem contineat?
- 7 Expenduntur in proposito iura in l. 3. §. si reddita, ff. commodati: & in l. 1. §. si res, ff. depositi, & in l. 1. §. qui autem, ff. de vi, & vi armata.
- 8 Restitutionis verbum, utram satisfac- tionem damni contineat?
- 9 In restitutione rei pristinus status atten- ditur.
- 10 Condemnatus ad restitutionem rei, fructus tanquam damna praestare te- netur.
- 11 Referuntur Doctores, qui affirmant in condemnatione rei, venire etiam damna.
- 12 Sententia non recipit extensionem, nisi quatenus ex ea aliquid necessario infertur.
- 13 Sententia debet interpretari, ut minus noceat.
- 14 Sententia comprehendit ea omnia quae in naturalem consequentiam veniunt.
- 15 Sententia restitutionis ex vi compre- hensiva, importat damni satisfa- ctionem.

16 Damnum

Caput X V.

- 16 Damnum, quod ex sententia, vel con- demnatione restituui debet; intelligitur, non solum ante & post litis contestationem, verum etiam post sententiam, usque ad executionem, praestitum, & causatum.
- 17 Damni appellatione, anveniant ex- pensa?
- 18 Damnum in sententia quandoque ex- pressum inest, quandoque vero legale; & quomodo executio debeat fieri, ut persolvatur.
- 19 Damnum, ut liquidetur, approbatio solet fieri per testes, instrumenta, & per estimatores, (vulgò Appreciadores,) & in hac liquidatione, quis ordo debeat servari? que exceptiones admittantur, & ad liquidationis judi- cium spectent? traditur remissive.
- 20 Deteriorationes, quando cum meliora- mentis compensentur.
- 21 Estimatores damni, quandoque consue- tudine, vel statuto municipali, sunt assignati: & eis fides est adhiben- da.
- 22 Peritis in arte, qualibet in re, creden- dum est.
- 23 Estimatores, qui deponant de damno, ad minus debent esse duo.
- 24 Estimatores, antequam estimationem faciant; debent prestare juramentum de bono, & aquo.
- 25 Estimatorum juramentum, credulitatis potius, quam veritatis est.
- 26 Estimatores si in oppido publice depu- tati non sint: a partibus eligentur: ut de pascui damno deponant, & iudicium faciant.
- 27 Estimatores, si sunt discordes, non possunt eligere tertium sed hoc spectat ad litigantes.
- 28 Estimatores damni, recusari possunt.
- 29 Estimatorum iudicium, utrum sit ap- pellabile quod utrumque effectum tra- ditur remissive.

Plura circa materiam damni, & ejus satisfactionem, occurabant dicenda. Verum, ut saepius ex promisso voto arrideam; tantum quæ in speciali materia pascui, crebro in praxi, scitu digna se offerunt, brevi perstringam sermone.

- 1 Itaque cum damnum dicatur quælibet rei diminutio, seu laesio, ut docet Paulus de Castro in l. 3. in fine. ff. de damno infecto, Anton. Franc. in tractatu de eo quod interest, numer. 5. volum. 8.

tractat. Doctorum: Burgos de Paz in pro- prio legum Tauri, num. 148. Duplex in proposito solet considerari; Alterum, quod afficit ipsum fundum, vel agrum, ut in l. 1. §. Si res, ff. d. positi, ibi: Si res deposita deterior redditur, l. qui sibi 33. qui Stichum. & §. item, ibi: Qui homi- nem dare promisit, & vulneratum à se offert, non liberatur, ff. de solut. l. mu- lieris 13. §. res abesse, ff. de verb. sig. ibi: quarum corpus manet, sed forma mutata est; & ideo si corrupta redditæ sunt, vel transfigurate, videri abesse: quod quidem perpetuum dici solet. Alterum, quod tantum afficit fructus; quod tempora- le ab Interpretibus nuncupatur. Unde primum respicit Dominum: Secundum autem commoditatem utens dumtaxat. Et ideo regulariter dicitur, quod emphyteuta deteriorando rem ipsam, amittit emphyteusim; non ve- ro, quando deterioratio est in fructi- bus, ex Baldo in authentic. qui rem, nu- mer. 2. C. de sacrosanctis Ecclesiis, quem ibi sequuntur Raphael Fulgosi, Pau- lus Castr. & alij, Alexand. cons. 118. num. 7. lib. 5. Iaf. cons. 17. num. 11. & in l. 2. num. 98. C. de iure emphyt. Ripa respons. 27. num. 7. titul. de iure emphyt. volum. 2. Beroius cons. 120. num. 30. & sequenti, libr. 1. Rolandus à Valle cons. 49. num. 20. & 21. lib. 2. Riminald. Junior cons. 355. num. 22. Mantica de contract. lib. 2. tit. 29. n. 22.

Et utrumque damnum in loco, seu fundo pascui, potest utique contingere. De primo exemplum erit; veluti si area pascui rumpatur, aut colatur, & mutetur ejus forma, vel glandium quercur, aut arbores scindantur, aut vineis, seu oliveris, fundus pascui novelletur, seu in eo alia plantatio fiat, de quo & alibi diximus. De se- cundo; quando herba comeditur; seu devastatur à pecudibus intrùs immis- quod & frequentissime accidit.

Supposita igitur utriusque damni differentia circa sententiam, in cuius executione pars læsa intendit sibi de damno satisfieri; ne ancipiter procedamus, duo casus sunt constituendi.

Primus erit, quando in ipsa senten- tia damni praestiti expressa mentio, seu condemnatio non sit, sed tamen pars condemnatur, ut fundum, vel agrum pascui mutati, seu devastati, ad pristinam formam reducat, vel fun- dum occupatum dimittat, vel resti- tuat:

tuit: & tunc in isto casu, maximum dubium se offert, videlicet utrum sit iusta virtus istius sententiae, quod in ea damni restitutio, etiam comprehensa videatur: adeo quod ejus executor, non solum possit compellere condemnatum ad fundi restitutionem, & ut pascuum in pristinam reducat formam, verum etiam damnum praestitum liquidare, & ad illius integrum satisfactionem procedere, absque eo, quod excedere videatur.

6 In quo dubio in tali sententia, etiam damni satisfactionem virtualiter comprehendendi, & executorem ad eam procedentem non excedere, observant plures maxima authoritatis viri, statim referendi, & eorum opinio pluribus suadetur fundamentis.

Et primò, ex text. in l. 3. §. si redditia, ff. commodati, ibi: Si redditia quidem sit res commodata, sed deterior redditia; non videbitur redditia, quae deterior facta redditur. & in l. 1. §. si res, ff. depositi, ibi: Si res deposita deterior redditur, quasi non redditur, agi depositi potest. Cum enim deterior redditur, potest dici dolo malo redditam non esse, & in l. 1. §. qui autem, ff. de vi, & vi armata, ibi: Qui autem vi dejectus est, quidquid damni senserit ob hoc, quod vi dejectus est, recuperare debet. Pristina enim causa restituui ei debet, quam habiturus erat, si non fuisset vi dejectus.

Secundo ex eo, quod verbum, restituere, ex sua significacione propria, emendationem, & satisfactionem damni contineat, ut in l. fin. §. fin. ff. de verbis significat. ibi: Restituit non tantum qui corpus, sed etiam qui omnem rem, conditionemque redditia causa praefat, & tota restitutio juris interpretatio est. Adeo quod condemnatus restituere, si non emendat, vel solvit estimationem damni, non dicitur restituere, Federicus de Senis cons. 18. infine, Menochius de recip. posse. remed. 1. n. 6. Cardin. Thusc. lib. R. conclus. 302. n. 1.

Tertiò, quia in favorem condemnati pristinus rei status attenditur, ut fundi restitutio fiat, & in quo statu erat, aut cuius bonitatis, quando fundum occupavit, & ex eo melioramenta à se facta, & liquidata in executione; opposita in vim exceptionis modificativae à vincente fundi domino recuperat, & ad ea executor præstante compellit, absque eo, quod videatur

excedere, etiam si de his in sententia solvendis nihil dicatur, ut in l. quod in diem, ubi communiter notatur, ff. de compensat. docet Bart. in l. fundum. ff. de exceptione rei judicata, num. 1. & prosequitur latè Salgado de Regia protectione, 4. part. cap. 7. ex num. 73. Ergo similiter condemnatus ad restitutionem rei: ejus deteriorationem, & damna tenetur persolvere, ex reg. in judicis, de regul. iur. in 6. Maximè, quia rei restitutio de tota debet intelligi, ex l. Titia cum testamento, §. 1. de legat. 2. & in l. si defensor, §. qui interrogatus, ff. de interrogat. actionibus, & in l. de pupillo, §. qui nunciato, ubi notat Bart. ff. de novi oper. nunciatione, Alexan. cons. 195. in principio, libr. 6. Ruinus cons. 80. Pro clara, num. 4. lib. 2. Si autem redditur deteriorata: non redditur tota; ex iuribus in primo, & secundo fundamento adductis: nec alias vera restitutio fieret, quae in pristinum statum reponat; ut in l. restitutio, §. quod si minor, ff. de minoribus, cum vulgaris.

Quarto, quia spoliator condemnatus ad rei restitutioem, tenetur etiam fructus præstare tanquam damna, ex Mario Giurba decisione 39. numer. 6. ergo multo magis damnum ipsum: si quidem fortior est ratio deterioracionis in re, quam in fructibus, & quia estimationatio non est, quid diversum ab ipsa re, ex Giurba decis. 114. sub. numer. 10. & decis. 115. num. 6. Gratian. disceptat. Forens. cap. 243. numer. 67.

Quibus, & aliis fundamentis, hanc sententiam amplectuntur ultra Federicum de Senis, & Menochium ubi supra, plures quos refert Card. Thusc. prædic. conclus. litera. 8. conclusione 126. num. 107. & conclusione 128. num. 11. Giurba d. decis. 39. à num. 2. Puteus decisione 298. lib. 2. Rot. divisorum, decisione 334. part. 2. Menochius cons. 758. num. 17. volum. 8. Salgado, qui accuratissime rem prosequitur, & resolvit. 4. par. cap. 9. ex num. 182. usque ad numer. 213.

Neque prædictis obstat, quod ex 12 sententia plus inferri non debet, quam ex ea necessariò inferatur; ut in l. si quis à liberis, §. si vel parens, ff. deliber. agnoscendi, & quod verba sententiae debent intelligi, prout sonant, & strictè, nec extendi ad intellectum, quem

ex lata significacione habere possunt; ut in l. in C. splures una sententia condonati fuerint, Abb. in cap. dilectus, num. 2. de offic. Ordin. Cæpola. in rubric. de verborum signific. num. 151. Iaso in l. censesimis, §. fin. col. penultim. ff. verborum obligat. Ripa in l. 2. num. 26. C. de edendo, Curtius Senior cons. 74. col. fin. & Curtius Junior cons. 153. num. & quod omnino cesetur omissum, quidquid in condemnatione non est expressum; ut in l. 1. juncta Gloss. C. si adversus rem judicatam, notat Decius cons. 442. num. 8. & cons. 607. num. 7. tradit latè Tiraquel. in l. si unquam, verbo, liberis, n. 5. & intracta, de retract. linagier. §. 1. gloss. 19. num. 182. Craveta consil. 188. num. 1. & 6. Parisius consil. 3. num. 1. vol. 4. Menoch. cons. 110. num. 27. Præsertim, quia sententia in dubio interpretari debet, potius ad favorem rei condemnati, quam actoris, qui obtinuit; ut notat Alexan. cons. 46. num. 2. lib. 5. Decius cons. 43. num. 3. Craveta consil. 74. num. 10. & consil. 188. num. 2. Cephalus consil. 249. num. 19. lib. 2. Et sententia ita debet interpretari, ut minus nocet, quam fuerit possibile; ut observat Decius dict. cons. 43. num. 3. Ruinus consil. 29. num. 7. lib. 5. post Butrium, & Abb. in cap. ult. de except. Socinus in l. si ate, num. 4. ff. de exceptione rei judic. & sic si aliquam interpretationem recipit, dirigi debet contra eum, qui in ea fundamentum constituit, ut in specie respondit Socinus Senior consil. 134. col. 2. vers. si duo: lib. 1. & copiosè Cephalus consil. 249. n. 18. lib. 2.

15 Quia respondet, prædicta non procedere in his, quae in necessariam consequentiam condemnationis, vel sententiae veniunt, & tacite subintelliguntur, ex doctrina Bart. communiter recepta in l. Italianus, colum. 2. vers. prædicta vero, ff. de conditione indebiti, notat Decius in cap. cum venerabilis, in principio, de except. Felinus in cap. significaverunt, num. 7. eod. tit. & hæc virtus sententiae, non est extensiva, sed comprehensiva. Et ratio est, quia idem est aliquid esse expressum, vel necessariò præsupponi, vel subintelligi, ex Paulo Castren. in l. 1. numer. 1. C. quando provocare non est necesse: & Baldo in l. penalt. ff. de iis qui sunt sui, vel alieni iuri. Et ideo semper sententia includere videtur id,

Et in hujusmodi liquidatione fient

quod necessariò est præsupponendum, & sumitur ex mente actorum: nam ex actis restrictionem, vel extensionem recipit: ex Decio cons. 388. num. 4. Et ideo verba sententiae debent intelligi secundum subjectam materiam, etiam si improprietur; ut firmat Craveta consil. 186. num. 5. & consil. 188. n. 2. Osasc. consil. Pedemon. 64. n. 3. cum sequentibus.

Unde cum ex vi comprehensiva 13 verborum sententiae, in qua quis condemnatur, ad restitucionem rei, & ex natura causæ veniat deterioratio, & damnum rei, ex fundamentis supradictis: absque dubio amplectenda erit, & observanda resolutio à nobis supra proposita, & tradita.

Quæ non solum procedit, & est intelligenda respectu, damni ante item, & post litis contestationem, usque ad sententiam præstiti; verum etiam ejus, qui post sententiam, usque ad veram, & realem rei restitucionem fit; ut affirmant Cardinal. Thuscus, Federicus, de Senis, & Menoch. supra adducti, num. 11. Salgado ubi sup. numer. 213.

Sed an damni appellatione, ut verificetur, & habeat locum prædicta resolutio; veniant, & includantur expressæ? disputat Petrus Surdus decis. 261. per totam, & copiosè ac per varia fundamenta, Burgos de Paz in præmio legum Tauri, ex n. 147. quem omnino in proposito vide.

Secundus casus constitendum est, 18 niempe, quando in sententia, vel condemnatione, sit expressa satisfactionis damni præstiti mentio. Quæ duplice solet fieri; vel quando satisfactione

damni istius, reus condemnatur in certa quantitate: & tunc iudex executor eam integrè persolvi faciet; in quo nullum dubium versatur. Et quando hæc quantitas, seu estimatione certa, in sententia comprehensa crescat? vide Escobar de ratiociniis, cap. 17. à num. 7. Marium Giurbani, qui mirabiliter loquitur; decis. 115. per totam: Vel quando reus condemnatur ad satisfactionem damni, non tamen exprimitur quantitas (quæ vulgo dicitur, sententia legal) quo in casu, iudex executor tenetur super ista liquidatione audire partes, & ad eum spectare cognoscere, & super liquidatione pronuntiare.

probationes per testes, chirographa, aut instrumenta, aut aestimatores. Et quem ordinem in hac liquidatione Iudex executor servare debeat, & quas exceptiones debeat admittere, & ad liquidationis judicium spectent docet Bart. in l. 2. num. 5. de sententijs, quae sine certa quantitate, Bald. in l. 2. C. de executione rei judic. & in l. decem, ff. verborum oblig. Roderic. Suar. in l. post rem judicatum, in declaratione legis Regni, limitatione 4. Covarru. lib. 2. variarum, cap. 11. Menochus de adipiscenda possessione, remedio. 5. quæst. 10. Parlador. lib. 2. rerum quotidiam, cap. fin. 1. part. §. 12. numer. 30. Scaccia de appellat. quæst. 17. limitatione 9. 20. num. 34. Et quando deterioratio melioramentis compensetur, disputat Escobar de ratiocinis, cap. 19. per totum, Mantica de contractibus, tom. 2. lib. 22. tit. 29. per totum. Probatio autem aestimationis damni, quandoque juramento ejus, qui damnum passus est, remittitur; ut in cap. fin. de bis quæ vi; & in cap. in primis gloriosus. 2. quæst. 1. &c in cap. olim, §. quare, de iniurij, & in l. si quando, C. unde vi, ubi Iason. numer. 27. Berengarius in l. unica num. 164. versiculo, cum de crimin. C. de sententijs, quæ pro eo quod interest; quod in quibus casibus, & quomodo procedat, prosequitur latè Mascarodus de probationibus, concl. 471. pertotam, ubi plures refert.

21. Quandoque etiam per statutum municipale, vel ex consuetudine sunt certæ personæ à Consilio, vel populo creatæ, quorum fides est approbata, & eorum assertioni circa aestimationem damni statur, & absque figura, & strepitu judicij, qui damnum dedit (prout moris est) mulctatur in certa marapetinorum quantitate, ut dicemus in cap. de custodibus pascui, 19. infra.

Sed in casu, in quo ante loqubamur, quando Iudex executor procedit ad liquidationem damni, & ejus aestimationis, ultra probationem, quæ fieri potest, ut dixi per instrumenta, & testes; solent nominari aestimatores, qui agrum pascui devastatum videant, & de valore damni depontant, qui vulgo, Appreciatores, nuncupantur.

22. Nec enim novum in jure est, quod peritis in arte, in qualibet re, creda-

tur; ut in l. semel, C. de re militari, & in l. 1. ff. si mensur falsum mod. dixerit, Bart. in proximo Digestorum, Joan. de Platea in l. 1. C. de discussoribus, præsertim si sint designati in loco disquisitioni rei, de qua agitur, & quandoque unicus Officialis, seu estimator sufficit; ut in l. 1. C. de ponder. & aurillat. lib. 10. ubi Angel. Bart. in l. si librarius, colum penult. ff. de regul. juris, notat Anton. Gomez, tom. 2. de contractibus, cap. 9. carca finem.

Isti vero aestimatores nominati, quorum executor declarationem poposcerit, debent esse duo ad minus, ut in authenticis non alienandis, aut permutandis, §. quod autem, col. 2. qui cuncta, & speculativæ, & minutatim, facta temporum distinctione, considerent; juxta ea, quæ advertunt in proposito Abb. in cap. proposuisti, de probat. & in cap. fraternitatis, de frigidis, & maleficiatis. Bart. ubi supr. Baldus in l. hac editali, §. his illud, Cod. de secund. nupt.

Qui aestimatores prius debent præstare juramentum de aestimatione ex bono, & æquo facienda, ut in dict. §. his illud, notat Alexan. in l. pretia rerum, num. 6. ff. ad l. Falcid. Bart. in repetitione leg. creditoris, colum fin. n. 19. C. de pignoribus, &c in l. Theopompus, numer. 8. ff. de dote prælegata, Aret. conf. 83. Quia multa fuerant, post numerum. 11. Curtius Junior conf. 165. num. 20. versico. Præterea ad probandum, hanc esse communem opinionem, testatur Cagnolus in d. l. 2. n. 258.

Quod juramentum potius credulitatis, quam veritatis est, quia aestimatio magis perspicitur judicio intellectus, quam sensu corporeo; unde cum de facili possint errare, non sunt ad juramentum veritatis cogendi; ut rectè tradit Panthalius de Crema in dict. l. 2. C. de resc. num. 296. in fin. & post num. 298. vers. & licet superius, Mascarodus concl. 653. n. 5. volum. 2. de probation.

Et si isti aestimatores non sunt designati in loco, eligentur à partibus, ut advertit Pinellus in dict. l. 2. C. de rescindenda, cap. ultim. num. 3. Qui aestimatores nominati semel suscepto negotio compelli possunt per executorum, si taxationem faciendam recusaverint, ex Bart. in §. 1. cura carnis, ff. de officio praefecti urbi, & in l. §. 1. ff. nautæ, cappones; & in l. 1. ff. furti

CAPUT XVI.

Quid in prejudicium, seu commodum communis pascui, possit fieri à domino territorij, vel aliquo ex socijs.

SUMMARIUM.

- 1 Pascendi jus non potest mutari in prejudicium communis.
- 2 Dominus territorij non potest pascui ad culturam reducere, nec vites plantare, nec modum pascendi quoquo modo pervertere, seu immutare.
- 3 Collectis fructibus, seu segetibus, usus herbe, quæ naturaliter nascitur, & spolijs, (quod ibi manet) omnibus est communis; licet in aliquibus locis, vel consuetudine, vel ordinatione municipali cavetur, at aliquibus diebus post collectionem fructuum solus dominus agri immittat animalia sua ad depascendum, ut n. 4.
- 4 Dominus agri collectis fructibus, an possit illum sepius, aut parietibus valare, & clausuris munire, vel pratum facere? proponitur, & resolvitur remissive.
- 5 Expenditur in proposito, tex. in l. 13. & in l. 14. tit. 7. lib. 7. novæ Recopilati quaram decisionem, & iure consonam, & utilem admodum esse traditur. n. 7. Et an localis sit proponitur, n. 8.
- 6 Verbum illud, acquien., denotat restrictionem.
- 7 Dispositio alicuius rei in uno loco, quoties per frequentiam acuum continentium sit, non localis, sed universalis debet haberi.
- 8 Dominus agri collectis fructibus, seu segetibus non prohibetur pro libito plantere.
- 9 Expenditur in proposito, text. in cap. eum in tua, de decimis; & intelligitur, n. 13.
- 10 Oppidam habens proprietatem terminorum pascui communis in usu, cum alio oppido, non potest in prejudicium communis, plantare hos terminos, nec ad culturam reducere, nec locare certo pretio exteris, aut gratis concedere.
- 11 Refertur casus in proposito cuiusdam litis, in qua Author patrocinium prestat, & obtinuit.
- 12 Ampliatur propositio antesignata, ut nec